

ad ecclesiam sanctam consecrandam dari fecit. Ad necessaria huius operis et magistros tribuit, ut citius opus explerent, et, expleto opere, congregatione facta, incessanter pro salute sancti imperii et suorum haerendum exorarent. De thesauro vero, quod manifestat eius cartas cum literis aureis, et totum donum, quod in hoc loco ipse transmisit, in ipsa camera salvum esse statuimus. Ipsam cartam in camera nostri palatii volumus ut semper permaneat, ut non valeat aliquis hoc dicere, quod illud monasterium sancti Zachariae de alicuius thesauro esset constructum, nisi de sanctissimi domini imperatoris Leonis.

**53. — 829. *Testamento di Giustiniano Particacio.***

FONTI: Arch. Stato, Venezia, catast. S. Gregorio, VI, 12; cod. Trevisaneo, c. 37, n. 26; BRUNACCI, cod. dipl. Padovano, ms. della Bibl. del Seminario di Padova.

EDIZ.: Gloria, *Codice dipl. padov.* cit., p. 12 sgg., n. 7.

Esemplari dei sec. XIV e XVI derivati da copia autentica del sec. IX.

In nomine domini Dei salvatoris nostri Ihesu Christi. Imperantibus dominis nostris piissimis, perpetuis augustis, Michaele et Theophilo, a Deo coronatis, pacificis, magnis imperatoribus, Michaelio quidem majore imperatore anno nono, Theophilo vero a Deo coronato eiusdemque dilecto filio anno octavo decimo, inductione septima. Divine inspiracionis ac provide mentis arbitrii, quatenus ut ita quivis suum debeat ordinare judicium, ut post fata omni errore remoto ejus semper tanquam viventis clareat et servetur voluntas. Quapropter ideo ego quidem Justinianus, imperialis hipatus et dux Venetiarum provincie, dum in egritudine decidissem, ambulans tamen ac sedens, mentem vero sanam et integrum possidens, atque consilium considerans humane fragilitatis, improvidus hunc testamentum ac judicium meum condidi signarique precepi Deusdedi presbitero, ubi et manus mea subter affirmavi et testes a me rogatos obtuli numero competente quo testamentum